

*Illum recipite,  
iam non ut servum, sed ut carissimum fratrem.*

Léctio Epístolæ beāti Pauli apóstoli  
ad Philémonem

9b-10. 12-17

Caríssime:

- <sup>9b</sup> **U**t Paulus senex,  
nunc autem et vinctus Christi Iesu;  
<sup>10</sup> óbsecro te de meo filio, quem génui in vínculis,  
Onésimo,  
<sup>[11]</sup>  
<sup>12</sup> quem remísi tibi:  
eum, hoc est víscera mea;  
<sup>13</sup> quem ego volúeram mecum detinére,  
ut pro te mihi ministráret in vínculis evangélii.  
<sup>14</sup> Sine consílio autem tuo nihil vólui fácere,  
uti ne velut ex necessitáte bonum tuum esset  
sed voluntárium.  
<sup>15</sup> Fórsitan enim ídeo discéssit ad horam,  
ut ætérnum illum recíperes,  
<sup>16</sup> iam non ut servum sed plus servo,  
caríssimum fratrem, máxime mihi,  
quanto autem magis tibi et in carne et in Dómino.  
<sup>17</sup> Si ergo habes me sócium,  
súscipe illum sicut me.

Verbum Dómini.